



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi  
Sacramenta Tempore pestis**

**Chapeauville, Jean**

**Mogvntiæ, 1612**

20. An liceat etiam ebriosum conducere?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

**Q**um est: ergo nullo casu licet.

R<sup>2</sup>. Hoc non esse propriè inducere ad malum, sed inducere ad id, ad quod ius est petenti, quod quidem alter facere tenetur, atque adeo benefacere, quare si non vult se in gratiam Dei recipere, ut id faciat, sua culpa erit, ut patet ex generalibus principiis de scandalo,

### Q V Æ S T I O X X .

*An liceat etiam ebriosum conducere.*

Quæstionis explicatio.

**T**empore pestis solent ferè malefragi homines, ad ministranda sacramenta operam suam offerre, & inter' alios ebriosi, ideo forsan, quia cum vulgo putat, se timore per commissationes depulso, non facile corripiédos hoc morbo, quod timidis potissimum hoc accidere opinentur, de quorum stulta & impia opinione (*a*) Gabriel Biel meminit in quæstione illa docta & pia quam scripsit de fuga pestis. Horum occasione quæritur: an si alius reperiri non posse, liceat etiam huiusmodi ebriosi operam conducere, pro ministratione Sacramentorum?

*Responso,*

**S**I alius haberri non potest, licet, eadem ratio-

*a habetur in  
Ser. Dom. 4<sup>o</sup>  
post Pentec.*

64 D E N E C E S . E T M O D . M I N I S T ,

*2 Tract. 8. in ratione: & confirmatur authoritate (4) D. Joannem.* Augustini, qui disertis verbis afferit, baptisum ab ebrioso datum, esse validum.

Dices: Nullo casu, ne in extrema quidē necessitate, licet aduocare ebrium: E. nec ebriosum, quia ebriositas crimen, ut apparet, maius est ebriositate.

R<sup>2</sup>. Quod ebriosus possit ministrare Sacramentum, non item ebrius, non ideo esse, quod ebriositas minus sit peccatum, sed quia is ebrius dicitur, qui actū priuatus est v̄su rationis, & consequēter non potest habere intentionem ad valorem sacramenti necessariam, quam habere potest ebriosus, interim dum actū ebrius non est.

Q V Ä S T I O XXI.

*An posset etiam semiebrium.*

**D**iximus statim illum dici ebrium, qui actū rationis v̄sum non habet: Cūm verò duobus modis possit id accidere, uno vt totaliter priuetur rationis v̄su: altero, vt ex parte, puta qua restat aliquid luminis & discursus, necessariò poni debet duplex ebrietas: vt una dicatur perfecta & consummata, altera imperfecta, quæ semiebrietas dicatur. Hui<sup>o</sup> occasione quæritur, casu quo non reperiatur aliud sacerdos, si verò quis-

pian